

www.e-rara.ch

**Vincentio Liscovicio Crac. Polono, viro genere, virtute & eruditione
praestanti, in inclyta academia Basileensium, à clarissimo ac
excellentissimo viro, d. Casparo Bauhino anatomico & botanico ...**

Lipski, Stanislaus

Basileae, anno 1600

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7832>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

VINCENTIO LISCOVICIO
CRAC. POLONO,
VIRO

*Genere, Virtute & Eruditione
præstanti,*

IN INCLYTA ACADEMIA
BASILEENSIVM,

CLARISSIMO AC EXCELLENTIS-
SIMO VIRO.

D. CASPARO BAVHINO
Anatomico & Botanico Profes-
sore, Illustris. Ducis Wirtem-
bergici ordinario
Medico,

Ad decimum diem Aprilis

APOLLINEIS HONORIBVS
ornando,

GRATVLANTVR AMICI.

BASILEÆ,
Typis CONRADI WALDKIRCHII,
Anno cIdc Idc.

Kirchbibliothek
Basel.



THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTEN LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

500 N. 5TH ST. NEW YORK, N. Y.

1891

1891

1891

1891

1891

1891



CARMINA GRATVLATORIA.

Siquondā vlla tibi placuerūt **ORGIA Phæbe,**
Hoc sanè in festo cur vituleris habes.
En tibi prōpta tuis semper **BASILEA** triūphis,
Septenos Phæbos hac tibi luce dabit.

Non quæris qui sint, nosti hos & nosceris illis,
Quos penito pridem pectoris igne foues,
Sunt tibi cordi omnes, mage mi **VINCENTIVS** vni,
Cui libuit grati prodere signa animi.

Sed tibi quid dicam **VINCENTI?** encomia? nostræ
Nil laudis, propria laude celebris, eges.

Sat nomen recitasse tuum est, nam nomine laudem
VINCENTI, & victor parta tropæa sonas.

Et iam doctoris Medici es prænominis actus,
Quæ tibi iam laudem laus cumulare queat?

Hoc bene Doctoris quod det **BAVHINVS** honore,
BAVHINVS Medici gloria prima chori:

BAVHINVS medicas Phæbus cui credidit artes
In terris Phæbi sanet vt ipse vicem:

Cui tot millenis surgunt viridaria chartis
Cui flores docto cortice mille virent.

Hinc tibi ad immensam potuit quid crescere laudem
BAVHINI hinc summum crescere quiniit ador.

Namq̃ aliū haud poterat BAVHINVS querere, mallet
Præ te doctōris cui tribuisse decus,
Nec tu doctōris poterās insignia malle,
Nobiliore viro nobiliore loco.

Stanislaus Lipski à Goray hoc
amoris erga Præceptorem
suum Athenis Rauracis
μνημόσυνον panxit.

ALIVD.

Ψυχὴν αἰδρεῖαν ὧ καρπερόθυμε νικητὴν
Δείξας ἔφηβον ἄρειν ὑπὸ μένῳ.
Ὡσαύτως πινυτὶν φύσας μυστήρια διφῶν,
Πῶς παρηγοῖν ζῶον ὁτὶ ἔρα πέλει.
Οὐ τεκμαίρομεθ' ὅσα φρονεῖς, ὡς βένθ' ἔδωκας,
Σῆς τέχνης ἱερῆς πᾶμπαν ἀριστοπύκν.
Εἰσπρόωντες ἀέθραψας πρὸ κυπεῖδ' ἄλγος
Γηοκόρυς συγερῶ πῶς θραπέειν ἔφυ.
Ταπὲν τὸ ἐνδόμυχον κακὸν ὠμοφάγον θραπέδ' ἔσας
Ῥ' ἡδίστως ἤπλω πᾶντα νοσηρὰ δαμῶν.
Τάνεκ' ὄναμο τέως ἀρετῆς, δέρετ' ἄκαλὰ ἔργα.
Εὖ πράξαις τ' αἰεὶ πάντας διδασκόμεν.
Ὡς νοῦν πένυσται κ' εἶδ' ἀγνητὸν ἔχεις.

Hugo Brochthonus F.

ALIVD.

ALIUD.



*Hrisle si mundi vitij iniquus,
(Namq; peccatis pariare morbos
Assoles) febres homini daturus*

Parturis astus:

*Sive quot mentes scelere obligarunt
Hos manet pestis, vel aquosus hydrops,
Cum malo terras geminus Leone,*

Syrius vret.

*Quicquid est mundo tua quod minatur
Ira, festino pede mitte, passu
Aduolet grandi, comitata peste*

Querquera febris.

*Namq; si nobis scelus hac piandum
Lege, cum damno minimo piemus.
Dumq; permittis data proferamus*

Tempora vita.

*Atq; si quando mihi polliceri
Quod sinit numen licuit, profecto
Nunc licet, quando Medica crearis*

Doctor in arte.

*Docte VINCENTI, licet igne tenter
Februm, fibris sedeat vel imis
Pestis, aut si quid grauius tuis me*

Artibus vnis.

*Post deum credam, neq; sub verebor
Vt quid humani patiar, putriq;*

Vela Coccyto faciam, redire

Vnde negatum est.

Hinc decus partum tibi gratulatur

Musa VINCENTI mea, teq̃ paruo

Optat in seros celebrem nepotes

Mittere versu.

Iohannes Lipski à Goray
Præceptori carissimo F.

ALIVD.

Τῇ περ θέλεις, φίλε, τὴν σοφίην μετάγειν θεόπνευστον
Ες τέχνην; σοφίης φίλον ἡ τῆρα τελέσκει
Αντίθεον, τὸ διδοῖ τοι βμαθίην πινυτὸ φρων.
Πάντα γὰρ ὧς γεγαῶτι φέρει πανεπίσκοπον ἄλκαρ,
Καὶ χαρίεσσα φύσις, καὶ τέχνη εὐσκοπὸν ἰδμεων,
Καὶ πείρη πολύμητις: ἄρῃσιν νυ ταῦτα τελέθει,
Λοίγιον ἢ φυῇ σῆσιν ἐνὶ φρέσιν ἢ βῶ ἀέξει
Τῆτ' ἀγαθὸν καὶ ἀτρεκέως ἀτρεπὸν ἐέλδωρ,
Ἦνιοχ' αἰ τέχνη διδοῖ ἱσχύροιο κελδύβη,
Πῆρα δὲ ὁδὸν ταύτῃ περᾶει καὶ κύκλα τελείει.
Ταῦτα σοι ὅκ παρδὸς πέλεται τλάθυμ' ὧς δρωγῇ,
Καὶ πᾶσι ἡμαρ ἐπ' ἡμαρ. ἐπεὶ αὐτὸς ποτε οἶε
Οὐχ' ἄρ' αὖτα βροτὸν εἰδέμμεναι ἢ ἐδιδάσκει.
Τῆνεκ' ἄρ' ἐν ἑλαχες κλεινὴ βασιληΐδα πμλὴ
Ἦν σοι αἰδίδιον πολυφύργεά τ' ὧς χορμαί εἶναι.

Iacobus Zvvingerus, Philosophiæ
& Medicinæ Doctor F.

ALIVD.

ALIVD.

N Ominis omen habes (VINCENTI) Victor a-
Pieridū colles, jucundaq; prata Lycei (mœnos.
Lustraſti & Clarios Victor ſœliciter Hortos.

Hinc tibi dignus honos, hinc debita laurea ſurgit:

Hinc in Apollinea dux es nouus ipſe cæterua.

Cous, Arabsq; volunt hoc ſummus & ipſe Galenus.

Talibus ergo tibi dignum quid comprecæ ausis?

Eloquio, Sophia, Medicorumq; arte refulgens.

Maſte nouo ſplendore cluens audentior ito:

Hæc dum tanta tui nimio ſuccendet amore

Gloria nos, tantis ô vir decorate Trophæis:

Qui tibi quæ cingit iuuenilia tempora Laurus

Optamus vigeat longæuæ ad fata ſenectæ;

Sisq; olim veluti Podalyrius arte medendi.

Nicolaus Szuyski N.L.

ALIVD.

R Auracida ſi quando alias pia vota precesq;
Reſpicere, & noſtris aduertere numina rebus,
Sunt viſi ſuperi, nunc eſt quando omnia credo

In noſtram vnanimi conſpiratura ſalutem

Momine, & æterno nos robore firmatura.

Vix terni (horreſco referens) abiêre Decembres

Omnia cum lato mors circumplexa volatu,

Depasta immani Germanica littora peste,
 Arboribusq̃, satisq̃, hominiq̃, gregiq̃, nocebat.
 Quid nunc? luctificis rursum terre binur umbris,
 Bubonisq̃, feri, febrisq̃, ardore prememur?
 Non ita. si reliquæ succumbent mortibus artes,
 At tua **VINCENTI** deuincet laurea mortem:
 Fulmine nec poterit, Styge vel vibrante, feriri
 Lethifero, quin tu reliquis hoc verbere tactis
 Et conclamatas poteris producere lucas.
 Hanc mihi spem tua rara facit doctrina medendi.
 Hanc spem **BAVHINVS**, de quo tua Laurea, firmat.
 Namq̃ potestates herbarum vsumq̃, medelæ,
 Nec quis te melius didicit, nec tradidit illo.

Zbygneus Lipski à Goray
 Præceptori suo P.

E M M E T R V M.

STROPHE.



VINCENTI patre qui satus
 Es nobiliore:
 Carmine quo te recinam, vel quâ Lyrâ tu-
 as laudes canā: dum integras noctes omniū
 Penetralibus sub sapientiæ
 Pellas lucernis Amice peruigi-
 lacibus: insumas totos Soles quoq̃
 Laboriosissime Camænis.

Fert

*Fert laudes hic vigor igneus,
Tibi perennes: en honores ad summos
Te DIVA benigna VINCENTI euehet.*

ANTISTROPHE.

*Doctoris tibi maxuma
Insignia donat:
Tempore marcentia nullo: Exin videbis
Vincenti in tabellis tuum sacrâ pinnulâ
Quoque nomen inscriptum Adamanteis.*

*Præclarius nunc labore quid tuo
Quid studiis, adferri possit, dicito!
Laboribus nil melius vnquam!*

*DI thesauros aliasq̃ dant
Opes, fruisçi copiosis: & dulces
Fructus studij frequentis carpere.*

EPODOS.

*Est felix hic amice cui Nouenæ
Commonstrant penetralis ima sacri,
Quem tollunt faciles Camenæ
Ad idem colendum culmen
Montis Aony bicornis
Verùm obserata tibi lubenter vni
Musæ secretarecluserunt LISCOVICI:
Quare adauge concessam
Hæderditatem, repullulent subinde
In annos noui furculi.*

*Utilitatem fructus præ se ferant
Vberioris; Interim cum tuis Pyllos
Vive dies: ut te sic me diligito.*

Casparus Chrzaſtoſſki de Chrzaſtoſſ
fraterni amoris ergò F.

ALIVD.

In quoq; chara læuē cantum tu Musa resume:
Dic, age, nec tantos inter amica tace.
Quid moribunda files? fileat mea dextera tandē
Sed tu VINCENTI parta trophæa refer.
Vincentem referas quem victrix gloria ad altos
Agmine de nostro tollit Apollineos.
Huic siquidem magni est Cracovia patria Regis:
Virtute, & proavis magnus vterque parens.
Inclita primæuas Polonia vexit ad artes:
At tu magna virum Calliopæa facis.
Huic augusta rident, augustæ hinc viuere gaudet:
Augustæ ac Phæbi lumina sacra colit.
Hunc agitant procures, manet imperterritus, almæ
Palladis hic victor dona suprema ferens.
O te fœlicem, fortunatamq; camænæ
Musa, cui tantum gloria nosce manet.

Ioannes Baptista Bessardus V.I.D.
Vesontinus Secanus moris
& amoris ergò scripsit.

ALIVD.

ALIVD.

 Eu quis Olympia, seu quis Pythia magna sequa-
Victor pro meritis laureaserta refert. (tur;
Serta refert; quisquis feruētis in agmine Martis,
Pectore non trepidus, praelia sua dedit.

Mercibus & leti grauidas vexere carinas;
Qui Ditem vigiles, qui freta sollicitant.
At tua (VINCENTI) quā cinget tempora lauro
Gloria, qui tanto tanta labore paras?
Ecquid erit pretij post tot superata laborum
Æquora, qui portum littore tutus habes?
Scilicet vt fortis, doctus, virtute perennis,
Quempia fama colit; quem sacra turba fouet;
Immortale decus Procerum nunc voce capeffas.
Inunc, & Phœbi munera sancta refer.
En BAVHINVS adest medicâ præclarus in arte,
BAVHINVS gentis gloria Rauriciæ;
Dona ferens: pro doctrinâ, virtute, labore,
Myrtea, clara, pium,serta, trophæa, decus.
Hæc tibi VINCENTI vigili venit emptalabore
Gloria perpetuos concelebranda dies.

Daniel Basilicus

Polonus F. amoris ergo fratri
suo plurimum dilecto.

ALIVD.

D Vm Clarios victrix hortos tua Musa peragrat,
 VINCENTI patriæ gloria digna tuæ
 Applaudit Chiron, Podalirius atq; Machaon
 Quig pio vitam reddidit Hippolyto.
 Præcipuè morbum dum profers Italus, Indus,
 Gallus & Hispanus quem negat esse suum.
 Tam præclara nouo tam certa remedia morbo
 Affers, & causas discutis arte graues.
 Vt merito summus si viueret ipse Galenus
 Auditor fieret (te renuente) tuus.
 Hinc tua Phæbea cinguntur tempora lauru,
 Hinc datur & meritis digna corona tuis.
 Nominis augurium magnis successibus implet
 Quis te (VINCENTI) vincere posse neget?
 Vincit qui patitur, vincit qui cætera vincit,
 Se vincens summæ culmina laudis habet.
 Vincentes medica morbos feliciter arte
 Vincis, Tartarei nigraq; claustra senis.
 Plurima perpeſſus vicisti plurima, vincis
 Te quoq; doctrina, moribus, ingenio,
 Victores victor vicisti te quoq; vincens
 Nil superest maius quod superare queas.
 Splendida vincenti Polonia plaudat alumno,
 Victorem gremio suscipiatq; suo.
 Splendida vincenti plaudit tibi patria, amici
 Lato latantes edimus ore sonos,

Vine

*Vive diu fœlix medica ter magnus in arte
Sis lucens patriæ gemma decusq̃ tuæ,
Phœbus cum nato, Chiron, Asiæq̃ Galenus
Gloria, magnus Arabs, Cous & Hippocrates.
En voluere suæ partem tibi cedere laudis,
Te gaudent similem, teq̃ habuisse parem
Græcia mirata est illos, mirata vetustas,
Orbis at Arctoï tu noua lampas eris.
Tu noua lampas eris vincens fœliciter illos
Tres sub Sole viros tres super astra Deos.*

Mas honra que vida.
Nou. De Sparke Anglus.

ALIVD.

R*igoris aura minas hybernï ponit atroces,
Blanda q̃ purpurei tempora Veris eunt,
Cessit Hyems gratâ vice Veris, humumq̃ solutâ
Temperies Zephyri verna tepore beat:
Nec modò mulcet humi gremium genialibus auris,
Vt sata producat læta vigore Viris,
Sed quoq̃ sota prius Zephyritis humore, colorum
Condecorat Chloris versicolore sata.
Haud aliter, LISCOVICI, mihi totus amice,
Vere tibi fulget gratia suda Dei:
Ingenijq̃ aruum mulcet clementibus auris,
Vt vernet pulcris, Vere nouante, satis.*

Immortalia nam BASILEA Eclogia confert,
Quæ vice floris erunt, quæ vice odoris erunt:
Dum Te Doctoris Medicinæ Insignibus ornat,
MAGNATES q̄ inter dat tibi habere locum.
Iure igitur vigor ille tui me perculit arvi,
Gaudia cynameo flos & odore creat.
Mitia fata tibi dent florida tempora vitæ,
VINCENTI, ætatis pulcra corona tuæ!
Nè ve brevi flos hic defloreat Atticus vnco
Pollice demessus, deperiât ve gelu;
Aurâ sed miti pubescat & hymbre no vetur,
Fortescens radiis, Cynthia verne, tuis.
Tu fruiere his felix titulis, bene & vt ere partis,
Et miseris certam porrige certus opem.
Cetera committas Domino: letare tibi herbæ
Interior virtus quòd genuina. Vale.

M. L. Lucius B.

ALIVD.

 INCENTI, Aonios quo sum duce ductus ad a-
Hoc tibi mōstrato carmē ab amne feres. (mnes.
Exiguum est fateor; sed me mea gaudia turbāt.
Currere nec riuo liquidiore sinunt.
Et quā non leto saliant mea pectora motu.
Qui satis ad risum splen meus esse queat.

Quando

Quando tuos video VINCENTI hac luce decores.

Quos in Phæbe victor agone meres.

Phæbeo potes sine te finire hæc fieri Orgianec tu.

Ipsamet hanc frontem Daphnide fronde premes?

Nec tuus Aesclepius comitatus lasone præsens

Nobiscum hunc nostro transiget orbe diem.

Sic certe decuit; meruit VINCENTIVS, ipsa:

Phæbæa, Phæbi munera ferre manu.

Ergo tibi hos merito VINCENTI grator honores.

Victor BAVHINO quos tribuente capis.

L. T. O.

Al medesimo



Valhor Signor Vincenzo l' fiso miro

L' alu disegni vostri, l' alte impresse,

Che voi mal pago delle bene apprese

Arti che dallo Stagirita uscìro.

D'un alto volo a saper piu bramate

I belli segreti del diuin Galeno,

Quindi di senno & di giudicio pieno

Saggio dottore hora ne diuentate,

Lodo le fiamme vostre, lodo l' desio,

Che gia vi mossè, & che pur hor vi muoue,

Di satiar la sete in questo rio.

Sempre così priego che riusciate,

Et lo honor vostro sempre si rinuoue,

Si come suol il Fenice mille fiata,

Mas honra que vida.

Nouello da Sparke Inglese.

F I N I S.

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI

Quinto nono VINCENZI